



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi  
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiæ, 1627**

LVII. Num quis sit damnatorum infernus Lutherocaluinistis?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35233**

do eis Fidem ac Spem; quibus eo usque sustentabantur, ut Viatores verè sancti: solum enim Limbus Sanctorum erat, iste scilicet locorum inferni quartus: Quem, eductis S. Patribus, clausit Iesvs, ut nulli sit usui. Ista ex D. Thoma.

II L Y M B U S Quia Caluino est Fable; Puritanis, Error Communis Patrum: critne & S. Scriptura fabulosa vel erronea? Nam & ipsa loquitur infernum, cum de Sanctorum receptaculo defunctorum meminit. Ut Gen. 17. Pius labo ait: *Descendam ad filium meum ad infernum.* Idem Gen. 42. 44. *Deducetis canos meos. &c. ad inferos.* Et hic loquendi usus in Scriptura multus est de Sanctis pluribus: & Inferi, Infernus. &c. non coelos superorum significant.

2. Similiter & iste loquendi modus frequens est: Mortuus est Abraham, Genet. 25. congregatusque est ad populum suum. Ibidem. Ismael mortuus est, & appositus est ad populum suum. Num. 10. Pergat Aaron ad populum suum. Numer. 27. Ibis, Moyses, ad populum tuum. &c.

IV. Samuel, Eccl. 46. laudatur, quod mortuus prophetarit; cum nimirum, i. Reg. 28, apparens anima Sauli de terra ascendere visa est: Non, quod incantationi Pythonissa obnoxia pareret: quippe ea anteuenit ultrò; unde & Pythonissa turbabatur: Nec, quod phantasma esset dæmoniacum: ut quibusdam placet: Sed vera erat, ipsaque Samuelis anima; ut consentiunt quæ plures, quæ saniores: Et textus indicat; Intellexit ergo Saul quod esset Samuel; non putauit: Dixit Samuel ad Saul, &c. certus.

V. Lazarus, Luc. 16. erat in Sinu Abraham; Epulo in inferno, scilicet damnato-

rum: Eadem erant in voragine; legi magnō intercedente christo pate, id est, in anni. Et sic de compluribus sanctis, qui non in coelo, sed in inferno fuisse memorantur.

Itaque Psal. 118. Narrauerunt mihi ini qui Caluinistæ fabulationes; sed non vlex tua. Vide Bellarmin, l. 4. de Christo c. II.

### Q V A E S T I O L V I I .

*Num quis sit infernus damnatorum  
Lutherano-Calvinistis?*

V T H E R V S in cap. 3, Tomo 3, Ienensi. Quod Infernus sit, ante diem extremum, nondum certam. Nam esse peculiare locum aliquem, ubi nacha anima damnatorum, quemadmodum pinguit filium, & venit in Mancipia. decent; I. D. N I H I L est, mea sententia.

2. Christophorus Ireneus, in Speculo inferni, cap. distinct. 1. est quadrigem locum architectus infernum. Infernus esse quadruplicem potest. 1. Mala, & peccata onusta conscientia. 2. Imminenter moriū dolor & agon ultimus. 3. Angustia, timor & horror, quem nimia & damnatorum à corporibus separatis sentunt. 4. Localis Abyssus, quam venivit maneria rapitudo cent. Hic infernus, nostro iudicio, Nihil est, & infra mundi domum preparabatur.

3. BRENTIUS in Recognitione pag. 15. Interier damnatio in infernum nec ascendunt, nec descendunt; sed satan cum Angelis suis, & spiritu omnibus, ac Inferno ipso, sunt in Regno caelesti. Vide Sturmum in Antiquo, p. 4, parte 2.

C A L V I N I S T A in Catechismo Heidelbergensi anni 1563. & 1569. Et Bucell apud Schlüselburgum lib. 1. art. 27. Infernus, id est, locus improbis cruciandis destinatus, sine aliquis, nondum adhuc constat. CALVIN, Institut. lib. 3, c. 25. §. 12. Nihil esse videtur in infernus aliud, nisi horror quidam conscientia. Idem sensisse quondam Originem liquet in Genealog. par. 1. quest. 16. & hic superiorus quest. 52.

A V T O R . Tametsi locis iam citatis nimio plus in eam questionem contulisti; ut in re nemini ignorata; vel dubitata;



tata, nisi cui cum ratione libuerit insani-  
re; istis tamen hic adjeccrim pauca so-  
lum biblica, quæ illum, quem damna-  
torum credimus infernum, secretum  
ab aliis locum, propriumque existere o-  
portere testantur.

1. Seditiosi, quibus terra dehiscebat  
irato Deo, Num. 16. descendunt viuen-  
tes in infernum: Eum scilicet locum quo  
ante coelo deturbati ruerant Angeli a-  
postatae.

2. Ezechiel in planctu super Pharaonem, ac Aegypti multitudinem, ait de-  
nique, cap. 32. Detrahe eam ad terram ul-  
timam; quam? Cum his, qui descendunt in  
lacum. Ibidem de Assyriis interfectis ait;  
Quorum date sunt sepulcra in nouissimis la-  
ciis. Causa: Quia portaverunt ignominiam  
suam cum his qui descendunt in lacum. Ibi-  
dem de gigantibus lecleratis ait: De-  
scenderunt in infernum cum armis suis.  
Quia portaverunt confusione suam flagi-  
tiorum.

3. Huc addixit eos pro meritis, qui  
ait, Deut. 32. Ignav successus est à furore  
meo: hæc ira Dei Vindicis: locus ecce;  
Et ardebit usque ad Inferni nonissima. Sic  
Iob. 24. intelligit: Usque ad inferos pecca-  
tum illius.

4. Queritur de impiis Iob, c. 21. sed  
denique dum tenent tympanum, &c. et du-  
cunt in bonis dies suos; in puncto ad inferna  
descendunt. Sic de meretrice, Prou. 2.  
At inferos semita eius inclinata sunt.

5. Deijs affirmat Iob. 7. Qui descen-  
dit ad inferos, non ascendit.

6. In hoc inferno Inferiore, Ps. 85. alli-  
gauit Apoc. 9. Regem Angelum abyssi, in  
puseo abyssi, is, qui habet clavum abyssi.

7. Hic clamauit, Luc. 10. diues epulo

exflammis. Quæ, aliaque talia solum de  
impiis, damnatis, de damnatorum pœ-  
nis, deque receptaculo ultimo damnationis  
sic loquitur, ut aliter nequeant vel  
probabiliter interpretari, etiam ab ijs,  
qui vbique tropos & allegorias crepare  
assolent: ceu nouis Origenistis Caluini-  
anis solenne est. Porro de effectu Passi-  
onis Dominicæ.

## V. D E P A S S I M E R I T O.

### Q VÆST I O L V I I I .

*An Christus natus ac Passus sibi  
quid meruerit?*

V THERANI ut Geilachius Tbingensis Profes-  
sor Theologæ lib. contra Ioan Busæum, Christus  
nihil quicquam, nec illius Humanæ, nec illius Divinae, naturæ,  
aut in cruce, aut in inferno dolorib. promeruit. Busæo, nu-  
bem S. Patrum objicienti, respondit ille: Licet Augu-  
stinus &c. & alii ita sentire videantur; eos tamē eate-  
nus audio & sequor, quatenus axidentibus Scriptura  
rationibus sua probant. Quæ, dum Christum PRO-  
PTER Passionem gloriam coronatum, & caput exaltasse  
dicunt; non causam promerentem, sed euentum glorio-  
sum significant.

C ALVINISTÆ cum CALVINO Instit. I.  
2. c. 17. §. 6. Quarere, An sibi meruerit Christus  
siquid faciunt Lombardus & Scholasticis;  
non minus stulta est curiositas, quam temeraria  
definitio, ubi hoc idem assertuerunt. Quocirca  
Caluin. in Matth. 16. v. 21. Non reperit Fi-  
des nostra in cruce, quo se sustenteret. P E T R Y S  
M A R T Y R. Omnibus suis operibus ne cælum  
quidem promeruit.

S VADET C ALVINVS istis, Instit. I. 2. [c.]  
17. §. 6. 1. Quid enim opus fuit descendere  
unicum Filium, ut sibi quicquam acquireret  
nous? 2. Ibid. Consilium suum exponens De-  
us omnem dubitationem exeat. Non enim  
Fili utilitati consuluisse dicitur Pater in eius  
meritis; sed Eum tradidisse in mortem, neque ei

M a peper-

